Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Cui enim dixit aliquando angelorum filius
meus estu. ego hodie genui te. & rursum
ego ero illi in patrem. & ipse erit michi in fili-
um. Et cum iterum introducit primogenitum
in orbem terre dicit. Et adorent eum om-
nes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit.
qui facit angelos spiritus. & ministros suos flamam
ignis. ad filium autem. Tronus tuus deus in
seculum seculi. virga equitatis virga regni tui.
Dilexisti iusticiam & odisti iniquitatem. Propter-
ea unxit te deus deus tuus oleo exultacionis
pre participibus tuis. Et tu in principio domine
terram fundasti. & opera manuum tuarum sunt
celi. Ipsi peribunt. tu autem permanebis. Et om-
nes ut vestimentum veterescent. & velut a-
mictum mutabis eos & mutabuntur. tu autem
idem ipse es. & anni tui non deficient. Initium
In Principio erat verbum. s. eug. s. Iohm.
Et verbum erat apud deum. Et deus erat ver-
bum. Hoc erat in principio apud deum. Om-
nia per ipsum facta sunt. & sine ipso factum